

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

**Weidenfeld, Johann S.**

**Londini, 1684**

147. Menstruum faetens sale harmoniaco Vegetabilis acuatum Lulli

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

147. Menstruum fætens sale Harmoniaco acuatam Lullii,

R. **D**E G. Vegetabili ( *de Mercurio sive sale Harmoniaco Vegetabili* ) unciam unam, & pone in Phiala vitrea longi colli, in qua prius posueris uncias tres de E. ( *Menstruo fætente sub No. 67.* ) & statim obstrue, ut nihil respiret, cum suo operculo, & cum cera communi bene sigilla & postea in B. calido per biduum naturale in Aquam claram dissolutam.

*Quemadmodum sal Harmoniacum addidere Menstruis mineralibus simplicibus ita etiam eisdem Compositis.*

148. Menstruum fætens lunare sale Harmoniaco Vegetabili acuatam Lullii,

*Cap. 14. Practicæ Test. major. Pag. 163. Vol. 4. Th. Chym.*

R. **I**N virtute A. ( *Dei* ) unam unciam Aquæ compositæ Argenti ( *sub No. 141. descriptæ* ) per alembicum destillatæ, & in illam projice unciam unam de G. vegetabili ( *mercurio vel sale harmoniaco* ) dissolve, &c.

*Basiliius Menstrua hæc ita commiscuit.*

149. Spiritus Mercurii ex Vitriolo & spiritu vini igneo mixtus Basilii,

*Labore 3. libri Revelat.*

R. **O**Lei hujus ( *primæ materiæ Metallorum ex Venere & Marte confectæ, sive Spiritus Mercurii universalis sub No. 132. descripti* ) uncias octo, spiritus vini ad summum rectificati ( *Menstrui sub No. 19. descripti* ) uncias quinque, destilla per Retortam vitream & hoc ter, semper cum novo spiritu, ita ut ad olei uncias octo conjungantur quindecim uncia spiritus Vini ignei.

*Para-*